RosDok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

# Honor Novissimus Viro ... Dn. Johanni Quistorpio, SS. Theol. Doctori & Prof. Celeberrimo ... Anno M DCXLIIX. die V. Maii in Templo Mariano Contumulando a Dnis Collegis, Amicis, Studiosis exhibitus

Rostochii: Kilius, 1648

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74873192X**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

VIII

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74873192X/phys_0001
DFG

Contenta huius Libri.

2

1. Leichlage D. Conrad. Dieteric. in funere Gloriosiss. R. Sveciæ

2. Klag-Gedicht metrice in obitum eiusdem

3. Lessus Academiæ Rostochiensis sup obitum eiusd Regis

4. Fama posthuma Gustavi Adolphi S. R. consecrata à Stetinensibus

5. Militans et Triumphans gloriosus Imperator Gust. Adolphus etc. Autore Henrico Gisleberto Pomeran.

2

3. phil. 1. v. 21 Christus ist mein Leben, in funere principum Dn. Dn. Georgii et Wilhelmi Ducum Brun. et Lun. p D. Michael. Walther

4. Wir wissen, das denen Rom 8. v. 28 ~~[illegible]~~ Leichpredigt jussu Illustrissimæ Principis Annæ Sophiæ ducissæ Brun. et Lun. è domo Brandeburgica. p D. Hectorem Mithobium. etc. Obiit A. 1659. [illegible]

5. Memoria secularis B. Lutheri [illegible] de Fonte Hornhusiano A. 1646. M. Matthæi Lungwitii Rochlitz. etc.

6. Hirten Schule od. von [illegible] Feld, [illegible] v. Verlornen Hirten. Dom: Miseric. Joh. 10. in obitu D. Nicolai Hunnii p M. Michaelem Siricium.

7. 1 Sam. 25. v. 1. v. Samuel starb. etc. In obitu D. Joh. Behmii et D. Levini Pouchenii in Acad. Regiom. p M. Georg. Nelsfilling

8. Programma in obitum Catharinæ Dumrathss. Matris D. Iohan. Quistorpii

F. l. 1145¹-21.

<R>

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74873192X/phys_0002
DFG

8. Esai. c. 56: Der gerechte kompt umb. in obitu Dn. D. Joh: Quistorpii. etc. cum Epicediis. Item Coniugis Barbarae Domanniae.

9. Bonum certavi certamen 2. Tim. 4. 7. 8 in obitu Rdi Dn. Georg. Rostii, concion. Aulici in Lyps. p M. Casp. Wagner.

10. Ps. 31. v. 6. In deine Hende in obitu pastoris M. Frid. Schallers. zu Brettheim p Jos. Wolfgang Ruefnern. A. 1633

11. Ist nicht Ephraim Jer. 31. v. 20. In obitu M. Christoph. Agricol. past. zu Mittalo. p paulum Einhorn Superint. Curland.

12. Sap. 4. v. 7. usq. 15. Aber d. gerecht. in funere Dn. Reineri Brochmans, past. in Estland. A. 1647.

13. Heldenmuthig. Kampf v. Siegreicher Triumph. 2. Tim. 4. v. 6. 7. 8. in obitu Nobiliss. Henning von Gristow. p M. Jos. Walther.

14. Sap. 3. v. 1. In obitu pueri in aqua suffocati zu Bordesholm in Holsatia A. 1638.

15. Sap. 4. a. 7. 15. Blace Dunst d. Lents. v. Lutkeman.

16. Actor. 14. v. 22. De calamitatib. homin. In obitu Coniugis Nob. Erz Herfeld. p Pipporium A. 1613.

17. Valetpredigt ex Jac. 1. Nemet d. Wort Christi. p Paulum Jenisch.

Hertz. Manfredus v. Hollwitzend. hält Beylag. mit Fr. Juliana geborne gräfin zu Oldenburg . zu Wolfenbüttel A. 1652. 31. Oct.

18. Valet v. Segenpredigt ex Act. 20. v. 17. usq ad finem. Salve Hamburgiacum ex C. 1. Jonæ p M. Valentin Wüdrian.
19.
20. Vale parœdimicum ex Galat. 6. v. 14.—18. p M. Melchiorem Cramerum.
21. Translocatio Ministrorum Verbi divini ex Luc. 17. 11. segq. M. Martin Strackerian.
22. Anzugspredigt Luc. 7. 11—18. p eundem M. Martinum Strackerian.
23. Holstein vergiß es nicht p. Joh. Risten.
24. Joh. Heermans abmahnungsschrift, v. dessen kindliche antwort, v. darauff erfolgte väterliche trost- und lehr-schrifft.
25. Predigt vom greuel der verwüstung. Evang. Dom. 25. Trinit. per M. Michaelem Siricium, Pastorem Lubecensem
26. Tylliche vorbereitung zum hingan zu seinem Vater, uber den Römischen Jubilate, v. spanischen Cantate über dem Magdeburgischen Jubilate post vocem jucunditatis.
27. Würtzenische Creutz und Marter woche.
28. Prophetia sub cap. 38. Ezech. p M. Joach. Raedel Gustroviens.
29. gründliche Hauptschrifft kraft Gottes v. Sch… p Andreæ Lauterbach
30. Geistliche Perspectiv. p M. Ludovicum Fischern.
31. M. Joach. Schröderi speculum patientiæ, eigenen Nahrungsfrigen
32. Evangelischer trost ex Artic. 10. Aug. Conf. et Cœna Domini, p
4.103. M. Philip. Hartman, cum adjuncta ejd. catena aurea. Stralesund.
33. Instrumentum Pacis. Osnabrugk d. 27. July, A. 1648.
34. Außzug vom 30. jährigen kriege.
35. bericht wie Carolus I. Angliæ Rex vom regiment verstoßen, cum duabus orationibus de eadem etc.
36. M. Joh. Micralius in obit M. Henrici Kielman. cum ad, junctis carminibus in obit. ejusdem.

Fürstlicher Ehe=segen, das ist: Eine Hochzeit Sermon,
genommen auß dem Hochzeitlichen Wunsch, so über
die wunderbahre Heyraht des Gottfürchtigen Isaacs,
Und der holdseligen Rebecca außgesprochen im 1. Buch
Mosis 24. v. 60. Und bey Hochansehnlichen Fürst-
lichen Vermählung des Durchl. Hochgeb. F. u. H. H.
Rudolph August. Hertz. zu Br. u. L. mit dem
Hochgebornen Frawen, Frawen Christiana Elisabeth Gräfin zu Barby v. Mühlingen.
A. 1650. 10. N. D. Joach. Lütkemann. D. P. P.
D. u. Gratissimum

Gemischte Empfindungen! So hat der Himlische Einfluß auf
dißmahl mihr nicht wollen so günstig sein, daß er ebrüster
mihr etwas nach meinem wunsch hätte mögen zu fließen. Sol-
te ich nun die Hochzeitt Sermon also aufsetzen, wie Ich sie
außgesprochen, so gefällt mihr nicht. Solte ich Vorandern
so wehre es nicht die E. E. H. H. B. H. gehaltene Hochzeit=Sermon.
Was bey derselben das beste wahr, kan mitt keinem Buchstab
abgedrucket werden, Und Herrlichkeit derowegen dieselbe
für Menschlichen augen ihr ansehen. Für Gott weiß Ich, wirds
nicht Vergeßen bleiben; den Ich glaub Und trawe, daß
Gott der alles kennet, in seinem Väterlichen Hertzen als
ein gedenckmahl es wird beygeleget haben, Menschliche
augen aber gehen so weitt nicht. J. L. C.

44. b.

F. l. 1145$^{1-25}$.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74873192X/phys_0006
DFG

# HONOR NOVISSIMUS

VIRO

*Plurimùm Reverendo, Excellentißimo, Clarißimo*

# DN. JOHANNI QUISTORPIO, SS. Theol. Doctori & Prof. Celeberrimo, Facultatis Theologicæ SENIORI VENERANDO, Eccleſiæ Roſtochienſis Superintendenti Vigilantiſsimo, meritiſsimo

*Summo cum Eccleſiæ, Academiæ, Patriæ incommodo,*

Et juſtiſſimo BONORUM Omnium luctu, Rebus HUMANIS exempto

*Anno CIↃ IↃC XLIIX. die V. Maij in Templo MARIANO Contumulando*

à

Dnis Collegis, Amicis, Studioſis exhibitus.




*ROSTOCHII,*
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74873192X/phys_0007
DFG

QUi vix EXRECTOR tribuit mihi (noſtis Amici)
Rectori, noſtræ ſceptra regenda ſcholæ:
Quiq; magiſtratum nuper cum laude peregit,
Is quoq; jam vitæ rite peregit iter.
Plangite Varniades, ô mecum plangite, cives:
Marceſcit veſtri floſq; decuſq; chori.
Indue nunc tragicos doctorum turba cothurnos:
Ecce ruit formæ portio grata tuæ
Rem dicam paucis? OBIIT QUISTORPIUS, artis,
Doctrinæ, fidei, vel pietatis honor.
Templa gemunt, cathedræ lachrymantur, regia plorat,
Plorat &, à triviis quæ, ſchola, nomen habet.
Ipſe quaſi Varnus clamat: Roſa pulchra Roſeti
Heu cecidit! ſpargat quilibet ergo roſas.
Qui bonus es, luge, nec tanti neglige funus
Triſte viri: fruſtra non ſubit iſte necem.
Portendunt aliquid magnorum fata virorum,
Quos, Jovæ juſſu, mors inopina rapit.
Plus dare non poſſum: mihi fletus, luctus & angor
Excutiunt manibus plectra, modoſq; negant.
Nec Vir eget numeris, cujus poſt funera laudes
Virtuteſq; canit neſcia fama mori.

*HENRICUS RAHNE, J. D. Prof. & p. t.*
*Rector Acad. Roſtoch.*

---

PRoh dolor occumbit properê, Quiſtorpius Heros.
Illuſtris noſtræ ſpeſq; nitorq; ſcholæ
Vita quid humana eſt, gelidæ niſi mortis imago
Vivere quem cernis, mox jacet exanimus.

*Condolentiæ ergò & amoris dum vivebat, erga*
*piè defunctum collegam conteſtandi gratia*
*hæc mœſtus appoſuit*

Johannes Cothman, SS. Th. D. & P.

---

*INſignis Quiſtorp, æternùm vivere dignus,*
*Occidit, heu, noſtræ gloria magna, Scholæ.*

Heinrich Schuckman J. U. D. Codicis
Profeſſor, & p. t Facultatis Juridicæ in Academia Roſtoch. vice Decanus



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74873192X/phys_0008
DFG

QUISTORPI, cur te ſurpuit invida
QUISTORPI, cur te ſurpuit effe-
Fati neceſſitas? Ehodum (ra
Nonne fuit ſatius labores
Urgere ſueto more ſenaculi?
Quid ſuſpicabor? cur trepido mihi
Exæſtuat fervore pectus?
Ah nimium timeo ſiniſtrum
Præſagium! Nam tempore proximo
Binos probè de Pieridum choro
Et patriæ dulcis ſalute
Commeritos, retulêre Parcæ:
Mox te furenti cũ fremitu vocant,
Durumq́; fatum, parcere neſciũ,
QUISTORPI, tollit te ROSARUM
GrandeDecus, columenq́; ve-
Idcircò te deſiderat & SCHOLA, (rum
Et Curia, & Templum vehemen-
ter &
Optant ſuum videre PATREM,
Seq; tuo recreare vultu.
Aſt ira JOVÆ fervet & invidet
Mundo ſceleſto, ob ſordida crimi-
na
Quosq́; integros vitæ: ſed alma
O anima intereâ valeto.

*Nicolaus Schütze/ J. U. D. & Profeſſor.*

---

*DUm Patriæ mecum obſequioſa mente Parentem*
*inviſis,* QUISTORPI, *ad cœli vadere Patrem*
*vis inopina jubet Te morbi, pectus anhelum*
*quo cruciabatur: terreno à Principe ad illum,*
*quem penes eſt rerum nulli evitanda poteſtas,*
*cogeris ire: dolor multis hinc ſurgit: at ordo*
*Fatorum nullis lacrymis planctuve movetur.*
*Quatenus hic ſivit, terris velut utile ſidus*
*vixiſti, in commune bonus: tua munera ſenſit*
*Patria cum ſummo fructu, hæc ſtudioſa juventus,*
*Ordo Sacerdotum, ac Academia prædicat alma.*
*Nunc tempus migrare fuit, nunc meta laborum*
*adfuit omnigenûm (mentem hanc cognoſcite ſummi*
*Induperatoris vos, qui lugetis acerbè*
*hunc caſum, & vano penitus deſiſtite luctu)*
*Gratamur requiem, ac æternæ gaudia vitæ,*
*queis nunc perfrueris, nullo temeranda dolore.*
*Nos tua & hic inter vivet poſt funera Virtus*
*Vivet, & extento ſemper celebrabitur ævo,*
*in mare præcipiti dum currit flumine Varnus.*

Condol. L. M. Q. F.

Joachimus Schnobelius, J. U. D. & P. P.

DUM pulchrè ſplendet, denſas pellitq; tenebras
Flamma, ſuas tacitè depaſcit prodiga vires,
Atq; ita, quando aliis ſervit, conſumitur ipſa.
Eximium lumen, magno ſplendore coruſcum
QUISTORPI, patriæ cathedræ Muſisq; fuiſti,
Conſiliis factisq; potens, vis ignea mentis
Quæ Tibi contulerat pulchrè radiantia dona;
Hinc aliis lucens, cunctis ſervire paratus,
Conſumpta eſt tandem multo Tibi vita labore,
Sed Te felicem cœleſti luce beatus.
Qui fueris, ſpreto mundo mundiq; tenebris!

In obitum
*deſideratiſſimi Collegæ Condolens ſcripſi*
**Joachimus Stockman/ *Med. D. & Prof.***
*Reip. patriæ Roſtoch. Phyſicus.*

---

*INgentem caſum, fatum grave, triſteq; funus*
*Proſequimur lachrymis, & fixum corde dolorem*
*Demiſſo vultu teſtamur, veſteq; longa.*
*Nam periit nobis Vir Maximus, urbis & Aræ*
*Et pater & columen, quo ſalvo ſalva fuerunt*
*Urbs, urbis ſacra atq; Academia, Resq; bonorum,*
*Qui ſolus poterat ſexcentos ferre labores,*
*Conſilio, linguaq; potens, nulliq; ſecundus,*
*Si quid in humanis habet experientia laudis.*
*Jacturam heu quantam! tanta labente columna,*
*Quis non hinc metuet patriæq; urbisq; ruinam?*
*At tu* QUISTORPI, *quem raræ munera mentis*
*Mirandum cunctus, cunctis fecere verendum,*
*Æternum moriens tibi nomen in orbe relinquis,*
*Nec convelletur meritorum fama tuorum,*
*Dum ſuper unus erit patria de gente nepotum.*
*Spiritus interea cœleſti gaudet honore,*
*Sedibus oſſa ſuis placidè compoſita quieſcent,*
*Donec magna dies Domini te, nosq; vocabit*

*E tumulo*

*E tumulo ad vitæ melioris gaudia, nobis*
*Quam dabit intuitu Christi Deus optimus olim.*

Multæ condolentiæ ergo
Stephanus Schultetus, Med. D. & P. P.

---

LUge Roſtochium, Tuq; Alma Academia plange;
Nam Superattendens, atq; Profeſſor obît:
Perbenè Vir meritus, Doctor Quiſtorpius ille,
Clarorum in mundo fulgida ſtella Virûm.
Heu, qui dignus erat ſupereſſe ad Neſtoris annos,
Ob dotes animi, conciditante diem!
Sed fruſtrà ingemino propter cita fata querelas;
Eripuit Nobis hunc Deus ipſe Virum.
Cauſa in propatulo: eſt ingrati cauſa popelli
Inq; Deum, inq; ejus Dogmata ſalvifica.
Ceſſantes ideò in Dominum peccare, rogemus,
Suppeditet nobis ſedulitate parem.
Tuq; quieſce Senex, donec te JOVA fidelem
Juſſerit intrare ad gaudia mille poli.
Intereà ipſe tuæ Viduæ, ſobolisq; benignus
Et Pater & Tutor, dum morientur erit.

*Honoris & condolentiæ ergò deproperabam*
*Nicolaus* Eggebrecht/ U. J. D.

---

DI prohibete minas! patriæ *ſpes, gloria, fama,*
*Solamen, columen, ſtella corona* jacet.

Alexander Kirchberg/ D.

---

*PRob dolor atq; dolor, quantus fuit ilicèt heros*
*Nobis! heu mens quanta ſacris ſeceßit Athenis!*
*Nulla dies damnum tam triſte reſarciet unquam,*
*Exceſſit Doctor Johan Quiſtorpius orbe,*
*Flos delibatus populi, ſuadæq; medulla,*
*Hoc decus amiſſum comploret, lugeat orbus*
*Orbis, condoleat ſecli veneranda vetuſtas.*
*Sed quid ego multis quæram, querar atq; receptum*
*Sedibus ætheriis, illud per nobile cœli*

*Depoſitum ſemper jam vivet duplice vitâ*
*Laude ſuper terris, cœlis cum ſpiritu abundè.*

Ita amiſſum Academiæ noſtræ Decus, Dn. D. JOHANNEM QUISTORPIUM, Virum famâ meritisq; Eximium dolenter deploravit.

Daniel Sandow, J. U D.

---

ERgo relictâ Uxore cum nepotibus,
Chariſq; natis, æmuloq; filio,
Generisq;, quiq; te dileximus loco
Patris ſine amplexu, ſine ultimo vale
In promovendis patriæ negotiis
Totus, tuarum at ipſe rerum negligens
Beata tranſis, ô QUISTORPI, ad æthera?
Quis nunc, ubi poſt dignus vindice incidet
Nodus, dabit, vel te probabit vindicem?
Seu Templa, ſeu Scholæ, ſeu docta pulpita
Opem requirant plusquam proletariam:
Eheu! juvandi promptitudo ubi manes?
Ubi judicandi, & rectitudo conſili,
Et efficax his juncta agendi induſtria?
Ubi candor, & fides? ubi ſpes pauperum?
Ubi exulum benigna conſolatio?
Ubi juventæ amor noſtræ nobis, & pater?
Unâ hæc ruinâ mors trahit QUISTORPII.
O parce! parce! gentis humanæ pater:
Ne nos eas in ira prorſus perditum:
Solida, quod inflixiſti vulnus, ô DEUS!

*mæſtus f.*
Johannes Niebur, D.

---

DUm QUISTORPIUS *hac vitali deſiit aurâ*
*Veſci; corruit heu!* Fulcrum, Lumen, Decus *Urbis.*
*Hinc mecum veros lacrymis oſtendite luctus*
*Omnes: perdidimus vigilem, noſtræq; ſalutis*
*Curatorum alacrem, & Patriæ communis amantem:*
*Conſilium afflictis periit, miſerisq; juvamen:*

*Et templa atq; ſchola ullo vix ſplendore coruſcant*
*Amplius: Urbis enim ruit omnis firma columna,*
Magno Quiſtorpo *ſæva ſic morte perempto.*
Quo majorem circulus haud complectitur urbis.
*Ergo ob tanti hominis caſum nunc plangite cuncti*
*Præproperum, atq;* Deum *precibus fatigate* ſupremum,
*Avertat clemens majorem fortè ſequendum.*

Ex honore & mœrore adjecit
Ambroſius Peterſſen J. U D.

# ELEGIA.

VArniades Muſæ mœſtos nunc fundite fletus,
Heû QUISTORP veſtrum lumen honoris obit:
Conſiliis qui promptus erat facundus & ore,
Errores miro diſcuit ingenio
Publica dum crebro Muſarum pulpita ſcandit,
Et populum ſacro dogmate paſcit ovans,
Atropos abſcidit terrenæ huic ſtamina vitæ
Et celeber QUISTORP cælica regna ſubit.
Hic nimium felix vitam cum funere claudit
Fine bono & cum ſint turbida cuncta ſolo.
Cum finis bonus eſt bona cuncta fuiſſe putantur
Quiq; tenet Chriſtum fide beatus erit.

συμπαθείας ἕνεκα *in obitum conſcripta,*
*à*
Johanne Andreæ Phil. & Med D.

*SUnt aliquid cladis prænuncia ſigna futuræ,*
*Exitus aſſiduis comprobat illa malis.*
*Non fruſtra monuere graves inſtare tumultus,*
*Eventu venti flamina nacta fidem.*
Occidit ille, Miniſterij decus atq; Lycæi;
*Mors notat ambiguos non procul eſſe metus.*
*Deſeris inſanis puppim,* bone Paſtor, *in undis*
*Nutat, & in medio fluctuat illa mari.*
Difficilis jactura tui eſt Templisq; Scholisq;
*Difficilemq; Mihi mors inopina facit.*

*Et ſimul extorris; quæ nec conjungere dextram*
*Extremum ſivit funeris ante diem.*
*Nec ſaltem indulſit voces audire ſupremas,*
*Atq; animâ tecum deficiente loqui.*
*Si tamen illa DEI fuit (ut fuit) alma voluntas,*
*Noſtra nec infectum reddere vota queunt.*
*Corporis exuviis & mortis lege ſolutum*
*Gratulor ætheriâ Te regione frui.*
*Poſtq; venenatos maris implacabilis æſtus,*
*Nubila jam pedibus cuncta ſubeſſe tuis.*

M. Lucas Bacmeiſterus SS. Th. Prof.

---

SI dolor hic lacrymas à nobis poſtulet æquas
Subſident lacrymis Mœnia noſtra ſuis.
ROSTOCHIO damnum triſti non ſufficit unum,
Sed rapit innumeros mors male ſana Viros.
Quotq; viri, ſoles totidem periêre micantes;
Lumina in hoc uno funere plura cadunt.
Ecce DEI inſignem cultu & cognomine Myſtam
Atropos immiti vulnere ſæva domat;
ROSTOCHIUM lachryma: veſter grandi occidit ore
Præco tonans: veſtrum plebs pia flete Ducem.
Vosq; ſacri Patres raptum plorate Miniſtrum
Pandentem toties myſtica verba DEI.
Tota eat in luctus ACADEMIA. Nulla ſonet vox
Quam qua ROSTOCHIO digna dolente ſonat.

*Laur: Bodock Orat. Prof. & p. t.*
*P. F. Decanus.*

---

Tumulus THEOLOGI
PII, DOCTI, AC MODERATI
D. JOHANNIS QUISTORPII
Collegæ & Amici ſui, cum in vivis eſſet,
non è multis.

SIſte gradum, JANUS jacet hac QUISTORPIUS urna,
Notus in Eois occiduisq; plagis
Sæva leæna tibi, ſeu præbuit ubera tigris,
Si legis hæc ſiccis, Lector, abisq; genis.

A. T. P.

9.

HEu mors mors quid agis! crudelis lumina ſtingvis
Peſſima mors qvid agis qvæ rapis huncce virum!
Huncce virùm, qvi lumen erat per lumina fulgens
Muſis pergratus conſiliisq; potens.

*Ita obitum viri plurimùm Reverendi, Excellentiſſimi, Clariſſimi, ſui qvondam hoſpitis, deſideratiſſimi*
Dn. D. Joh. Quistorpii ſummâ condolentiâ proſeqvitur
*M. Matthæus Voland M. F.*

---

H*ic videt extinctum mærens* Academia Solem,
*Omen adeſt! vereor denſas inſtare tenebras.*
*Hîc* Sacer Ordo Caput *ſuccisum cernit in Urnâ.*
*Quam reliqvum poterit corpus ſperare ſalutem?*
*Hic* Columen, Mentem, dextrum velut Urbis Ocellum
*Humanis lugent ereptum Casibus,* Almæ
Qvi præſunt Patriæ, Reſpublica *tota ſtupeſcit,*
Roſtochiumq; *altâ deplorat voce* Patronum,
*Et diras animo volvit triſtesq; ruinas.*
*Hic jacet* Orborum reqvies, inopumq; levamen,
Ordinis Aonij Pater, informator, & Altor
Conjugis *hîc charæ* Decus *ingens*, Anchora *tuta*,
Gnati, Gnatarumq; ſalus, ſpes *una* Nepotum,
Noſter Honor, noſterq; Parens Quisporpius Arte,
Judicioq; Potens *iacet hîc. Lachrymabile Fatum!*
*Me ceſſare dolor jubet, & non addere Verbum.*

*FAMA QUISTORPII SUPERSTES.*

*Sidus erat terris fulgens QVISTORPIVS HEROS,*
*Sidus at in cælis majori luce coruſcat.*

Inter gemitus & lachrymas, in obitum Deſideratiſſimi Dn. Præceptoris ac Hoſpitis, Parentis loco culti & adamati, fund.
*M. Michael Falck Dantiſcanus.*

HEì mihi! Quid ſcribam? Cecidit mihi ſanctus amore,
Conſilio, curâ qui pater alter erat.
Heî! cecidit patriæ noſtriq; columna Lycæi!
Num mea nunc lugens carmina Muſa daret?
Non dabit in luctu; ſubito ſed funere ademtam
Famam lugebit perpetuam Patriæ.
Sub luctu tanti Doctoris ſemper imago
Præſtò erit ante oculos, factaq; mens recolet.
Et tu *Roſtochium*, preſſam quam ſæpè levavit
divinum ingenium, conſiliumq; pium
QUISTORPI, lacrymas in funere funde cadentes
profer & ingeſtæ carmina triſtitiæ.
Illius & nunquam bene-factûm oblivio mentem
deformet, grates poſt pia fata refer.

*Inſperatum Præceptoris fideliſſimi parentis inſtar venerandi mortem proſequi ſic voluit.*

*M. Johannes Hempelius.*

---

*PRima dies Maii viridi quæ gramine læta*
*Eſt aliàs, lacrymis nos usq; immergit & angit!*
*Flavaq; quæ pellit denſas aurora tenebras,*
*Umbram cæruleam nobis infundit & atram!*
*Scilicet occubuit* Magnus Quiſtorpius! *Urbis*
*Numen & orbis Amor; validus Trojæq; ſacratæ*
*Murus; Varniaci veneranda Cathedra Lycei.*
*O deflenda dies, nigro ſignanda lapillo!*
*Luge Roſtochium* Patrem; *lugete* Patronum
*Hunc, Patres, cecidiſſe; dole ſacer Ordo, Ducatus*
*Hoc* Lumen *columenq; Tui; geme docta Juventus*
Ductorem; *Cives* Famam *plorate Cathedræ;*
Famam, Ductorem, Lumen, Patrem atq; Patronum!

Dn. Hoſpiti, Præceptori Magno deprop. p:

M. Thomas Schultze Rigâ Livonus.

# Traur-vnd TroſtGedicht.

NVn quellet fůr vnd fůr jhr meiner Augen Båche/
Zerſpalte traurges Hertz/ umb dieſer hohen Sache/
Jhr meine Trånen mein! betrauret dieſe Noht;
Ach Schad'! ach jmmer Schad! Quiſtorpius iſt todt
O vnglůckhaffter Both! Sah'ſtu nicht an daß Leyden/
So hier erfolden wůrd'? O unverhofftes Scheiden.
Du Wůrger du Tyrann! was iſt hie wol dein Lohn?
Daß du den teuren Mann/ ſo ſchleunig reiſt davon?
Wann nicht der Kinder Kindr/ die Kinder dich erbarmet/
Und die noch vnbefrey't, hett' die jhn ſtet's vmarmet
Geleget an die Bruſt/ ja ſoll'n bewegen dich?
Nein/ deine Tyranney die gröſte ſtetiglich.
Schau' an der Trånen-Angſt/ ach hőre derer Klagen/
Die Såufftzer mannigfalt/ die von dem Vater ſagen:
Ach Vater ach/ Ach/ Ach Ach/ Ach lieb'ſter Vater mein
Wo ſeyt jhr/ ſollen wir denn nun verloſſen ſeyn?
Es blutet mir mein Hertz/ ich kan jhr Weh nicht ſchreiben;
Was Liebe ſey/ vnd wirckt! hab' ich| genug ſehn treiben/
Sie ſind lebendig todt. Ein jedes iſt verzag't/
Die hochbetrůbte Frau' iſt die am meiſten klag't.
Ach ach des ſchőnen Håupts/ vom Himmel ſelbſt entſproſſen/
Daß ſo hie liegen muß im Sarcke eingeſchloſſen/
Deſſen auch gröſſer Sinn vnd feuriger Verſtand
Auff nichts was ſterblich iſt von Kindheit ſich gewand.
Der keine Schmincke braucht/ nicht dieſes thet/ jen's meinte/
Haßt' vorwerts wen er haßt'/ liebt das es auch erſcheinte/
Doch was? Jch ſage recht/ ich ſage recht vnd frey:
Das Roſtock deine Zier vnd Luſt geſtorben ſey.
Gleich wie der Lorberbaum den Wåldern pflegt zu geben
Den Schein/ ſo gab jhn dir Quiſtorp in ſeinem Leben/
Alſo daß vnſer Luſt vnd Freud um dieſe Zier
Liegt gantz vertiefft im Leyd/ Pallas weint fůr vnd fůr.
Vnd was wer weinte nicht? Es hett, jhn dann getragen
Ein wildes Tigerthier; Groß Trauren Weh' vnd Klagen
Des Landes Vater trågt. Der Fůrſt/ die Hoffgenoſſen
Die jhn begleiten hin/ han jhre Trån vergoſſen.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74873192X/phys_0017
DFG

Drum was entfindlich iſt/ das gieſſe ſeine Zären/
O weine Roſtoch nur. Wer wird' es euch auch weren
Ihr hochbetrübten Euch? Nur haltet Maß beyzeit.
Gott iſt es der da lebt vnd bleibt in Ewigkeit.
Bey dem die edle Seel'/ von dem Sie auffgenommen/
Bey dem Sie Freud' ob Freud' an leydes ſtett bekommen/
O tauſentſeelge Stund'/ die vns die Eitelkeit
Annoch helt feſt verſtrickt/vnd ſtürtzt in manches Leyd.
Ja ſprecht jhr/hette ich jhm können doch noch geben
Ach/einen Abſchiedkuß allhie in dieſem Leben/
Wolt ich zu frieden ſeyn/ hett' ich dich angedruckt
Die zarte Bruſt an mir/ die Leiche ſelbſt geſchmuckt.
Ach jegen Liebe quelht! hett' jhr da ſollen ſtehen/
Vnd euch einander nun zu guter letzt hie ſehen/
Es hett' verhindert viel! Ihr habt daß ewr gethan/
Darum doch nur getroſt/ Er iſt gar wol daran.
Er iſt gegangen hin/ Gedenckt der Wort: Hin gehen
Iſt Gut/ ſprach Er/ da man zu letzt jhn ſahe ſtehen
An Gottes heilger ſtett. Geuieſſe nun der Freudn.
Gott geb' Euch all'n Gedult/ vnd Freude nach dem Leyd.

Auß mitleidendem Hertzen ſeinem lieben Hoſpiti vnd deſſen betrübten Witwen vnd Weiſen ſetzte/ dieſes

Michael Santman Lübecenſ.

---

HEm! crudo adhuc dum vulnere publico
Ex amputato vertice: denuò
Immane quàm vulnus novatur,
Atq; novi redeunt dolores.
Flos ſummus almi ſubruitur truci
Fato Roſeti, decidit & decus.
O fata! quæ vos in dolores
Vis jubet eſſe parata noſtros?
Aſt altiori mente revolvite
Caſus acerbos: Flos populi cadit
Carpente Jovâ: Fæx in imo
Sed reſidet malè pulchra fundo.

Quæ

Quæ fata duros tundere vertices
Noſtros parentur, nocte premit Deus.
Nam quis futurum curioſis
Articulis numeret flagellum?
Nempe, ante juſtos, vindice dexterâ
Quàm ferre pœnas Jova malis cupit,
Educit ad lætam quietem,
Condit & in tumido cubili.
Tu nunc quieſcis Flos, ſolidum decus,
Culmenq; cœtûs: invidioſa abis
Ad lecta QUISTORPI, manebunt
Nos miſeros ſua damna turbæ.

*Atteſtandi dolorũ ergò adjiciebat*
*Wolfgangus Trippius SS. Th. St.*

*Quo fugis ac miſeros inopino funere triſtas*
QUISTORPI, *mœſtæ firma columna ſcholæ.*
*Firma columna* SCHOLÆ *atq;* DOMUS *&* RELLIGIONIS
*Atq;* URBIS *fueras devenerande ſenex.*
*Proſequerer meritò triſti tua funera leſſu.*
*Omnis at effleta eſt humida vis cerebri.*

Thomas T. Finckius, Norvveg.

NUn wir ſehen auff den Feldern
Die gewündſchte Frühlings Zeit/
Nun wir ſehen in den Wäldern
Groſſe Luſt und Liebligkeit/
Muß Uns ſo gar ſehr betrüben
Dieſer/ welcher iſt zu lieben
Wegen ſeiner Tugend Zier/
Die nicht mehr wird brechen für.
Muß mir dann ſo bald entgehen
Meine offt-erwündſchte Luſt/
daß Jch nicht mehr finde ſtehen
Den/ der euch war wol bewuſt

An der ſtarcken Warnau Strande
Nun liegt Er ach! ach! im Sande/
Trauret/ weil der groſſe Mann
Euch und Mir nicht helffen kan.
Preiſet ſeine hohe Gaben/
Saget von der Freundligkeit/
So in einen Sarch vergraben
Iſt in gar geringer Zeit/
Welche ſchleunig iſt verfloſſen /
Eh' Jch habe noch genoſſen
Seiner Tugend / ſeiner Gunſt/
Seiner groſſen Liebes Brunſt.
O Herr Quiſtorff unſrer Zeiten
Höchſter Orpheus/ groſſer Mann/
Deſſen Lied und ſchöne ſeiten
Niemand jetz verwerffen kan/
Möchteſt du nur unverdroſſen
Einen treuen Haußgenoſſen
Bey Uns geben/ die wir dir
Können dancken für und für.
Aber Gott hat dich genommen
Zu ſich in ſein groſſes Hauß/
Da du aller Angſt entnommen
Uns nicht mehr wirſt helffen aus.
Uhrſach iſt genug zu klagen /
Das alſo wird hingetragen
Der/ ſo Sich mit groſſem Rath
Unſer angenommen hat.
Gott der hat es nur geliehen/
Was von Jhm gegeben iſt/
Darumb kan Ers Uns entziehen
Jn ſo gar geringer friſt.
Trauret Jhr zertheilte Hertzen/
Und beweinet eure Schmertzen/
Trauret aber nicht zu viel/
Gott ſey euers troſtes Ziel.

Er

Er wird Euch gar nicht verlaſſen /
Euer Vater iſt nicht weit /
Ob euch ſchon viel andre haſſen /
Wird er jmmer ſeyn bereit
Euch mit gnaden zu verſorgen /
Jhr ſeyd jhm gantz nicht verborgen /
Er wird euer Vormund ſeyn /
Euch entziehen aller Pein.
Was wil nun das weinen nützen /
Weil es Gott gefallen hat?
Der euch jmmer wird beſchützen /
Bey Euch ſeyn mit ſeinem Rath.
Billig muß Jch traurig ſtehen /
Weil Jch ſehe mir entgehen
Einen **Freund** und **groſſen Mann** /
Der mir nicht mehr helffen kan.

Aus betrübtem Hertzen / und ſchüldigem
Mitleyden fügte dieſes hinzu /

**Dieterich Koch.**

---

OCcumbis Quiſtorp, quod vix reputare licebat,
Qui ante dies paucos vivebas, conderis urnâ,
Sic ſors eſt hominum, ſic immutabile fatum,
Mors etenim cunctos mortales demetit enſe
Doctos, indoctos, habito diſcrimine nullo.

*Debitæ condolentiæ ergò ſcribebat*

*Johannes Hieronymus Stalburger, MF.*

---

*DUm patriæ Quiſtorp ſervis tibi conteris ipſe*
*Vitam, præclaros cunctos mors ſic rapit atra,*
*Heu mortem inviſam; tantum quæ tu abripis Urbis*
*Lumen, quod dignum vel vivere Neſtoris annos.*

Philippus Ludovicus Stalburger, MF.

---

VArniacæ lugent Muſæ, lugentq; ſorores
Caſtalides, lugent Pallas, Apollo, Venus.
Igemit urbs, luget venerabilis ordo ſenatus,
Luget doctorum ſancta caterva virûm.

Ipſa dolet pietas, gemit ipſa Eccleſia, cives,
Et quibus eſt curæ relligio ipſa, gemunt.
Ipſe ego non doleam? te non vir maxime plorem?
Qui mihi dum vivus junctus amore patris.
Eheu quam cito mors violenta mihi abſtulit illum,
Dignus Neſtoreos qui ſupereſſe dies!
Aſt hominum quia communis lex obligat omnes:
Gratulor, æthercam te petiiſſe domum.

*Henricus Weſthoff, Lub.*

---

*Ecce vir occubuit, cujus vis enthea diæ
Mentis Tarpeio digna futura Jove.
Occubuit pietas, candor, prudentia, virtus,
Et quæ ſunt magno proxima dona Deo.
Inclyte vir, tibi (nî fallor) præſaga futuri
Mens erat, heu! ſubitam vaticinata necem.
BEHMIUS, ajebas, cecidit laus illa Boruſſûm:
Ingruit & talis proxima fama mihi.
Rem probat eventus (dolor!) improviſus; at, euge
Dicit, tecta, Deus, ſerve beata ſubi.*

Chriſtoph. Findeiſen/Wernigerodá-Cheruſcus.

---

CLauditur hac, tumuli, Doctor QUISTORPIUS, arca,
Nomine qui JANUM rettulit, atq; fide.
Aſſertor Chriſti conſtans, verbiq; profeſſor,
Atq; Ephorus, monſtrans rite ſalutis iter.
Doctrinæq; decus virtutum, dotibus auxit,
Ingenio magnus, nec pietate minor.
Ergo Doctorem Roſa Baltica luget ademptum,
Ac tumulo lacrumas datq; dabitq; ſuas:
Quem poſuit mœrentis amor, pietasq; maritæ,
Natorumq;, pium manibus officium.

*Ulricus Amſel Jun.*

---

*O dolor! O Lachrymæ! Nos Neptes atq; Nepotes
Linquit Avus, noſtræ prima Columna domus.
Tu Deus, alme Parens, qui nunquam deſeris Orbos,
Adſpice nos miſeros, ſis Avus atq; Pater.*

Johan Clauß Scheff.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74873192X/phys_0022
DFG

## In Effigiem Fairfax.

Anglorum Phocas, Scotorum Sylla, piorum
Sceptrorum Brutus, sed Catalina gregis.
Clodius in templis, cœli Mezentius, armis
Ajax, consiliis et faritate Simon.
Appius in cives, sellæ pompeius equestri
In patrios dirus Coriolanus agros
Proditor, occisor, Herostratus, impius alter
Crine, niger factis, ense manuqꝫ ruber.
Hostis communis, Dominus Violentus et Actor
Absqꝫ reo, iudex sed gladiatus eques.
Prodigium mundi, Monstrumqꝫ et Terror honesti
Signifer inferni, fronte sub hac lateo.

Thomas Fairfax generalis exercitus Anglicani.
Mirare tacitus fata quo pergant vide.
Thomas Fairfax. Anagr. Fax erit famosa
Ferri Fax erit hæc Patria famosa, salutem
Civibus ense suis, exitiumve ferens.

Henr. 8. Eduard. Maria Elisab. Jacob. Car. 1.
Mars ~~Rex~~, puer, Alecto, virgo, vulpes, Leo, Nullus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn74873192X/phys_0024
DFG

folgendes in die Marcke/vnd in die ande-
ndern ſtreiffen/biß jhn GOtt mit Fewer
Himmel vertilgen wie vnſer Prophet am
nd im folgenden 39. den Vntergang deß
g beſchreibet/vnd für vielen Jahren von
Hiltenio vnnd anderen mehr *prognoſtici-*
hat M. Johan Lichtenberger den Pfaltz-
ußdrücklich den Orth ernennet/ da der
Jammers vnd Trawrens/denn er vns
r werde müſſen entlich auſſauffen vnd er-
n er im 26. Capittel ſeines Buchs dieſe
t. Wo die deutſchen Fürſten nicht wer-
groſſen Adeler/vnd vnter ſich einlen di- "
wirdt der Türcke kommen/ vnd wirdt "
*Nota benè* daß er Pohlen voran ſetzet) "
/Heſſen/Preuſſen/ vnd wirdt in Pi- "
rabandt vnd Flanderen; Aber bey dem "
öllen wird er vmbkommen vnd erwür- "
Chriſtgleubigen nehmet das zu Her- "
*miret* er. Vnd abermal ſpricht er; es "
n/daß die Agareni/das ſein die Türcken/
Teutſchlandt werden verſamlet werden/
innehmen 8. Jahr lang/ vnd jhre Reiſe
Reiſe genandt werden/ vnnd ſie werden
erwüſten/ vnd die Prieſter werden ſie in
eiligen Städten erwürgen/ daſelbſt wer-
rn ſchlaffen/vnd auß den heiligen Gefeſ-
Keichen in den Kirchen/ werden ſie trin-
werden ſie an der heiligen Gräbere bin-
Kirchen werden ſie PferdStälle machen

vmb